

DE  
BENEDICTIONE,  
TERTIA MVNERIS CHRISTI SACERDOTALIS  
PARTE, QVID SIBI VIDEATVR,  
DISSERIT

SIMVLQVE  
VIRIS  
CLARISSIMIS ATQVE DOCTISSIMIS  
CHRISTIANO GOTTHELF  
HAVKIO

CHEMNICENSI MISN.

ET

IOHANNI AVGVSTO  
KOENIGO

MITTWEIDA - MISNICO.

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

LIPSIAE D. XXV. - FEBR. CICICCLI.

IN IPSOS COLLATOS

N O M I N E

SOCIETATIS ΦΙΔΟΣΥΖΗΤΟΥΝΤΩΝ

S V B P R A E S I D I O

DN. JOHANNIS CHRISTIANI HEBENSTREIT

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE P. P. O. COLLEG. MAI. PRINCIPVM

COLLEGIATI, ALVMNORVM ELECTOR. EPHORI, CAPITVLI CIZ. CAN.

ET FACVLT. THEOL. H. T. DECANI FLORENTIS

G R A T V L A T V R

M. GEORGIVS FRIDERICVS WEBERV

SCHLEVISINGA - FRANCVS.

Coll. diss. A

9231, 1a

L I P S I A E      ~~E. XXXVIII. 18.~~  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

3.

БЕНИДОТОНЕ  
СВЯТОГО АЛЕКСАНДРА НЕВСКОГО  
АРХИЕПИКА

УЧАСТИЕ

СВЯТЫХ АПОСТОЛ ВО ДВОЙСВИИ

ГОТОВЛЕНИЕ  
ОХВАНИ

МОСКОВСКОГО МИРСА

ОГУСТУА ГИЛКСІ  
ОГІОНДОЛ



СВЯТОНОВІАНІЧНОЇ І РОДІВ

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ

ЗИМОНІ

СОЦІАЛІСТИЧНИХ ЗАДАЧ

СОЦІАЛІСТИЧНИХ ЗАДАЧ


СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ



ЭАІ81і

СВЯТОДІДОВІ СВЯТИ



VI

## §. I.

OLLAZIVM atque BVDDEVVM, Viros doctissi-  
mos, nunc εν αγιοις, et veteres Theologos  
omnes, nonnisi duas muneris Christi Sacerdo-  
talis constituisse partes, satisfactionem et de-  
precationem, recentiorum vero maximae fa-  
mae Theologorum plurimos tertiam, nimirum benedictionem,  
his duabus annumerare, satis constat. vid. hac de re Viros ce-  
leberrimos, RAMBACHIVM in *Theologia dogmatica* nec minus  
B. TELLERVVM in adnot. ad quaeſt. LXXIV. HOLLAZII  
*Examinis Theologici* p. 731. aliosque. In ea ego quidem ver-  
ſor ſententia, benedictionem tertiam muneris Christi Sacerdo-  
talis non conſtitui poſſe partem, ſed ab eo potius abſcinden-  
dam atque aliorum eſſe transferendam, puto, id quod iam pro-  
batum eo. Verum aliquem timorem, haud nego, meum ſub-  
ire animum, ne temeritatis arguar, quod hac in re, licet non  
maximi ſit momenti, tantis, quos veneror, Viris contradicere  
audeam: aſt excusatum me, ſpero, habebunt, perpendentes,  
aliorum nunquam auctoritati, ſed propriae conuictioſi et ar-  
gumentorum ponderi eſſe cedendum; hinc, ſi errauero non  
mala saltim me mente erraffe, certo ſibi persuadebunt.

§. II. Antequam vero ad ſententiam meam probandam  
accedam, quaedam vocabuli benedictionis, quae huc pertinet,  
ambiguitas e medio tollenda mihi eſt. A quibusdam enim  
Theologorum obiectiue interdum ſumitur ita, ut bona Christi,  
Summi Sacerdotis, acquisita denotet ipsa, non vero auctum  
Christi erga homines exercendum, quo Christus versatur circa  
illa bona ſalutis a ſe acquisita, tanquam circa obiectum reale.  
Sic v. c. quidam hac utuntur ratione loquendi: Christus ho-  
minibus ſuam donat benedictionem Sacerdotalem; vbi ſub  
voce benedictionis non auctum, quippe qui in donando con-  
tinetur, ſed bona ſalutis ipsa ſacrificio Christi acquisita illos intel-  
ligere, perſpicuum eſt; eodem ſenu haec vox adhibetur Eph.  
I. 3. ο εὐλογησας υμας εν πασῃ εὐλογιᾳ πνευματικῃ; nec

A 2

non

## IV

non Esai XXXXIV. 3. אַצָּק בְּרָכָתִי effundam benedictionem meam i. e. bona mea. Ipse quidem actus hic indicatur, quo Christus in sacris litteris benedicere dicitur, quem etiam Theologi intelligunt, qui benedictionem partem munera Christi Sacerdotalis tertiam esse affirmant, id quod ex illis partim S. S. oraculis patet, quae ad probandam hanc partem adducunt, in quibus benedictionis, utpote actus, sit mentio; partim vero ex eo, quod illam benedictionem, dum munera Christi Sacerdotalis tertiam constituant partem, a prima eiusdem parte distinguunt, nimirum a Christi sacrificio, ad quod bona salutis, quantum non ratione donationis sed acquisitionis considerantur, referunt, ita, ut ipsi hac tertia parte non bona Christi sacrificio acquisita, sed actum intelligent singularem atque distinctum, quo Seruator O. circa ea versatur applicanda.

§. III. At Christi benedictionem hic actum significare, ostendisse non sufficit, sed sigillatim adhuc videndum est, qualem Christi actum denotet, id quod ex vocis huius perspicitur vi atque potestate, quae, quoad quidem hic exponi meretur, in sacris litteris triplex est. vid. adnot. laudati B. TELLERI supra citatam. Primum enim denotat *bona alteri optare*, quod competit omnibus hominibus v. c. 1 Petr. III. 9; deinde *bona annuciare siue nomine Dei largiri*, quod iis tantummodo competit, qui munere ecclesiastico his in terris funguntur, nimirum Verbi Ministris, doctoribus atque Prophetis; denique significat *bona auctoritate et virtute propria donare*, quo sensu Deo soli tribuitur. Iam vero de Christi benedictione si quid constituendum est, hae huius vocis significationes an et quomodo ad rem nostram pertineant, videndum. Primus significatus Christo quidem competit, sed minus continet quam ut Christo nuda atque sola possit tribui. Is enim bona sua non solum optat, nec annunciat modo, sed donare etiam ipse potest. Hinc de illo vox benedictionis sensu adhibetur praegnantiōri, ita, ut vel duas posteriores significationes sub se coniunctas comprehendat, et Christus sua salutis bona tum annunciare siue

sive offerre tum simul donare dicatur v. c. Luc. XXIV, 50; vbi εὐλογησεν αὐτὸς non solum bonorum annunciationem sive promissionem, imprimis eam de donis spiritus S. extraordinariis, coll. v. 49, sed etiam donationem gratiae, qua fidem discipulorum viresque spirituales confirmavit, significat. Sic Marc. X, 16. ηὐλογεῖ αὐταὶ salutis continet promissionem, coll. v. 14, aequae ac applicationem sive donationem; vel ut solam significationem tertio loco positam habeat et Christus bona sua hominibus applicare et donare dicatur, v. c. Act. III, 26. Gal. III, 8, 9. etc. Eandem quoque significationem huic vocabulo, quando de Christo dicitur, tribuit Summe Reuerendus Dom. D. WOLLIVS in diss., cui titulus est: כהן הגרול יושב, vbi Vir doctissimus p. 83. §. XXVI. de benedictione Christi agens, hac ratione differit: *Quo quidem nomine ipsam intelligimus applicationem et oblationem et donationem salutis acquisitae.*

§. IV. Ambiguitate itaque e medio sublata vocisque determinata significatione, ad ipsam sententiam meam aggredior, benedictionem officii Christi Sacerdotalis partem esse tertiam non videri, affirmatur; et quidem primum eam ob causam, quia ratio, ob quam illam constituunt Viri doctissimi, non sufficiens esse videtur. Probant nempe ex illo respectu, quo sacerdotes V. T. Christum referebant. Sic doctissimus R A M B A C H I V S in *Theologia dogmatica* p. 1073. hoc fundamentum indicat, quod propterea, quia benedictio fuit typus atque sacerdotibus V. T. solis permissa, benedictio Christi antitypica quoque ad officium eius Sacerdotale pertineat. Sed sit benedictio illa typus, quod quidem salua mea sententia concedi posset: attamen ex hoc non nisi id efficitur, ut benedictio Christi sit actio, quae illi in V. T. respondet, neutiquam vero antitypica et per aharoniticam ita praefigurata, ut eadem illi secundum officium competat Sacerdotale. Pari quoque ratione Celeberrimus TELLERVS, Praeceptor, dum vixit, meus, cuius memoria nunquam ex animo delebitur meo, tertiam hanc partem approbat, hiusque rei ratione in paulo clarius docet in H O L

## VI

L A Z I I Examinine p. 731. in adnot. ad quaeſt. LXXIV, vbi  
 hac ratione diſſerit: His duabus (intellige officii Christi ſacerd.  
 partibus) reſte a quibusdam adnumeratur tertia, nimirum be-  
 nedictio. Conſtat enim inter omnes, eam fuſſe partem aliquam  
 officii ſacerdotalis, tum Melchizedeciani Hebr. VII. 1. 6. 7. tum  
 Aharonitici Leu. IX. 22. etc. et paulo inferius pergit: Atqui  
 actiones V. T. ſacerdotales omnes fuerunt arcanae, ſiue typicae,  
 quae Christum venturum velut in umbra praenunciabant. Sed  
 rationem hanc, quod nimirum illa actio, quae pars fuit officii  
 ſacerdotalis V. T. pars quoque eſſe debeat officii Christi Sacer-  
 dot., non, niſi explicata atque ea, qua par eſt, ratione ſit reſtri-  
 cta, concedi poſſe, crediderim. Officium enim V. T. ſacerdo-  
 tale vel ſtricte vel late concipi potheſt. Priori ſenu non niſi  
 illas comprehendit actiones, in quibus res ſacerdotibus erat cum  
 Deo hominibus reconciliando; et hac quidem ratione Summi  
 Sacerdotis noſtri officium illi respondet ut typo antitypus.  
 Christus enim in officio ſuo Sacerd., quatenus quidem diſtin-  
 guendum a reliquis eius officiis eſt, ſcopum hunc vnicum, nec  
 aliud praeter illum, praefixum ſibi habuit, hinc etiam ſolae illae  
 actiones typicae ſacerdotii V. T., quae faciebant ad recon-  
 ciliandum Deum adeoque cum officii Christi Sac. conueniunt  
 in dōle atque ſcupo, nullae vero aliae in numerum partium il-  
 lius referendae ſunt. Posteriori vero, eoque latiori ſenu omnes  
 actiones ſacerdotibus ſolis imperatas, nec ſolum actiones ſacri-  
 ficandi et deprecandi, ſed etiam alias comprehendit, quae non  
 pertinebant ad reconciliandum Deum, attamen ſacerdotiales  
 dici poſſunt, quia illis ſolis incumbebant e. g. ea, qua ſen-  
 tiam de lepra ferebant, item ea, qua in caſib⁹ dubiis Deum  
 per Vrim et Tummim, quod in pectorali ſummi ſacerdotis  
 erat, interrogabant, nec non qua alios ſacerdotes, dum inau-  
 gurabantur, ſacro perfundebant oleo etc. Atque hoc ſenu  
 ſupra dicta ratio valere non potheſt, alias enim, ne iam dicam,  
 ſcopo id officii Christi ſacerdotalis repugnare, quod ad ſolum  
 reſpicit munus reconciliationis V. T. illique plane ſoli reſpon-  
 det,

det, id etiam adhuc incongrui enasceretur, plures quam tres officii Christi Sacerd. partes esse constituendas, quod vero nemini probabitur. Hoc si nunc largientur, aduersam sententiam tuentes, nempe, si numerus partium munera Christi Sacerd. ex numero actionum et partium munera fac. V. T. constitui debeat, ad eas solummodo, quae ad hoc stricte sumtum pertinebant, nobis esse respiciendum, facili iam negotio, benedictionem huius munera partibus annumerari non posse, sed potius ad ceteras, officii nimirum sacerd. V. T. late dicti, actiones pertinere, ostendi poterit ex fine illius officii, qui erat, ut Deus reconciliaretur \*) Leu. IV. 20. V, 13. 16. Quam late enim patet finis officii sacerdotalis V. T. tam late etiam, nec ultra, partes eiusdem patere debent. Quod itaque nihil confert ad finem eius, nimirum ad reconciliandum Deum, illud pars illius esse nequit, iam vero ad reconciliandum Deum benedictio sacerdotum nihil conferebat, quia id tantummodo sacrificando et deprecando fiebat, adeoque munera sacerdotalis V. T. stricte sic dicti pars esse non potest. Ab actionum itaque ad munus sacerdotale, quod reconciliandis Deo Iudeis occupatum erat, pertinentium indole longe recedit benedictio. In duabus enim illis munib[us] res sacerdotibus erat cum Deo Hebr. V. i. in benedicendo vero cum hominibus; in quos benedictio, ut pote consequens atque fructus ex officio sacerdotali profluens, recidebat. Propterea non ad sacerdotale sed ad munus paracanticum, quod illis incumbebat, speciale pertinebat, qua populo diuinam gratiam annunciant atque promittebant. Quam ob rem hoc etiam actu non fungebantur sacerdotes, nisi post facta sacrificia et peractam deprecationem, ut reconciliationem diuinam prioribus actibus sacerdotalibus propter futurum Messiam acquisitam hominibus applicarent, et nomine Dei largirentur. Benedictionem itaque partem officii fac. V. T.

recte

\*) in offerendis quoque eucharisticis sacrificiis finis erat reconciliatio Dei vid. RAMBACHIVM in *Theol. Dogm.* p. 1017. it. Biblia, quae B. TELLERVS edere nuper coepit, vbi Vir doctissimus hac de re egit Tom. I. adnot. 16. p. 21.

## VIII

recte dici posse, non immerito dubitatur, nisi officium illud sensu intelligatur latiori. Cum enim satis commode fieri non possit, vt, quemadmodum supra est commemoratum, numerus partium munieris Christi Sacerd. ex numero partium munieris sac. V. T. late sumti constituatur, patet, rationem, ex qua benedictio tertia illius pars dicitur, non esse sufficientem.

§. V. Sed obiici forte adhuc posset, benedictionem munieris sac. Melchisedeciani fuisse partem, eum enim dici sacerdotem Gen. XIV. Hebr. VII., nec tamen aliam referri actionem, cuius respectu possit magis dici sacerdos, nisi benedictionem; hinc credibile esse eum propterea vocari sacerdotem. Sed non sequitur, Melchisedecum propterea, quia benedixisse dicitur, nominari sacerdotem. Moses enim illum propter sacrificiorum oblationem et deprecationem, vtpote actiones a Deo praecipue ipsi demandatas, sic nominare poterat, licet eas non commemoraret, quia id parum vel nihil ad rem, quae illi cum Abraham viatore erat, faciebat, ac, si quid forte fecisset, eas ipso nomine כהן indicasse sufficiebat. Interim tamen, Melchisedecum ob benedictionem dici sacerdotem, largiar; at ex eo nondum efficitur, benedictionem partem fuisse munieris eius sacerd. stricte intellecti, cum potius non fuisse pateat ex eo, quod nihil ad reconciliandum Deum contulerit. A benedictione enim potuit denominari sacerdos tanquam a signo, aut, si quis malit, tanquam ab adjuncto. Erat enim haec actio adjunctum subiecti sacrificantis, nec ad munus sacerdotale, Melchisedeco tamen, sacerdoti, atque etiam Aharoniticis sacerdotibus necessaria, quoniam a Deo illis imperata, nec non fructus erat ex munere illorum profluens. Erat benedicere sacerdotis, sed non sacerdotales; Simili rem liceat exemplo illustrare: Christiano quemadmodum fides sola est necessaria ad salutem atque totum salutis opus perficit, et tamen Christianum saluandum a sancta eius denominamus vita, quoniam hic effectus non nisi in Christiano, qui fidem habet, esse potest: sic solae duae partes, sacrificiorum oblatio atque deprecatio, totum reconciliatio-

tionsis opus adeoque totum munus sacerd: perficiebant, et ta-  
 men benedictio sacerdotis poterat esse character, partim, ut  
 dictum fuit, quia tanquam effectus ex officio eius promanabat,  
 quo reconciliationem: sive gratiam Dei sacrificando et depre-  
 cando impetratam applicaret, partim, quia talis benedictio a  
 Deo expresse imperata illi erat. Nec deinde quis in ea ver-  
 fari potest sententia, benedictionis Melchisedeci mentionem  
 Hebr. VII ab Apostolo ea fieri ratione, ut ex hoc loco con-  
 cludere quisquam possit, eam muneris sacerd. Melchisedecianii  
 fuisse partem atque propterea eiusdem Christi muneris esse de-  
 bere, quippe qui Sacerdos secundum Melchisedeci ordinem  
 ibi datur. Sed vix aliquid pro sua causa hinc elicient, qui  
 dissentunt; Apostolo enim explicandum erat, Christum se-  
 cundum ordinem Melchisedeci, non vero Aaronis esse Sacer-  
 dotem vid. cap. VI: com. vlt. coll. c. VII. iii. hinc vero non  
 ea, quae cum aliis sacerdotibus Melchisedeco erant communia,  
 sed singularia illius atque eximia tantummodo recenset, quae  
 eius magnitudinem et, qua Abraham atque omnibus ex huius  
 Iumbis ortis sacerdotibus Leuiticis anteibat, conf. com. 5. coll. 9,  
 atque ab iis differebat, excellentiam declarant. Benedictionis  
 vero commemoratio, tanquam actionis sacerdotalis, nihil foret  
 eximii, sed illius solummodo, quod ea facta Abrahamo esset,  
 mentio, id quod magnitudinis continet ideam, qua Abrahamo  
 excelluit Melchisedecus, conf. com. 7. Benedictionem itaque  
 Melchisedeci cum eo respectu arque ea de causa ibi referat  
 Apostolus, ut tantummodo illam, qua praestitit Abrahamo,  
 excellentiam ex ea probet atque Apostolus id facere possit,  
 licet ea muneris illius reconciliationis pars non sit, nihil ex hoc  
 loco probari posse, arbitror. Sic enim eandem Melchisedeci  
 excellentiam com. 2. ex ea actione probat, qua decimas ab  
 Abrahamo accipiebat, quae tamen pars muneris illius sacer-  
 dotalis non erat, coll. com. 4.

## X

§. VI. Sed praeter haec, quibus sententia doctissimorum dissentientium fulciri posset, argumenta adhuc forte desumunt aliquod posset ex oraculo Hebr. VII. 25, vbi Apostolus de Summa nostro Pontifice loquens dicit: οὐτε ναῦ σωζεῖς τοπαντελέσσι δύναται etc. Christus, Summus et exaltatus Sacerdos, homines in sempiternum saluos reddere adeoque illis benedicere hic dicitur. Ex eo vero forte possent concludere, Christo benedictionem, utpote Sacerdoti, competere. Verum, ne dicam, hac ratione doctissimos dissentientes sibi ipsis non constare, cum alibi salutis donationem, qua Regi, Christo tribuant, solummodo ostendam, hoc effatum, quo suam confirmant sententiam, satis roboris non habere nec meae repugnare. Haec enim assertio: Sacerdos exaltatus homines saluat in sempiternum, non ita est intelligenda, ut Christus, qua Sacerdos, saluet. Cum enim munera Christi valde sint connexa et ne quidem re ipsa, sed cogitatione tantummodo separari possint, illud nomen officii pro tali usurpari potest, quod non ipsum officium, per illam vocem formaliter denominatum, sed personam, quae officium gerit, significat, ita, ut perinde sit ac si ibi dicatur: Christus saluat in sempiternum. Eadem quoque ratione dici posset: Maximus N. T. Propheta salutem donat hominibus, licet ab illo non, qua Propheta, id fiat; porro sic quoque loqui licet: Christus, Rex aeternus, deprecatur pro nobis, licet id non agat, qua Rex, sed qua Sacerdos est. Liceat ad hunc loquendi usum illustrandum id adhuc proferre exemplum, quod vero ultra tertium, quod dicunt, comparationis extendi nolim. Recte atque vere dicimus: Pontifex Romanus in certas Italiae regiones habet imperium; quis vero putabit, eum illud habere, qua Pontificem, siue, quatenus Romanae praest ecclesiae? Interim tamen hic loquendi modus recte se habet, quia ille, cui illud regnandi ius competit, semper simul summus ecclesiae Romanae praeses est. At ne opus quidem est, ut in hac tropica, licet tritissima, loquendi ratione refu-

refugium quaeratur. Non enim Hebr. VII. Christus, Sacerdos, in sempiternum saluare homines ibi dicitur, sed particula οδεν hunc efficit sensum: propterea, quia Christus απαραβατον εχει την τερωσυνην, com. 24., h. e. quia valor acquisitionis eius aeternus atque deprecationis est aeterna, coll. com. 25. παντοτε γων εις το εντυγχανειν υπερ αυτων, homines etiam in sempiternum saluos reddere potest. Aeterna enim Sacerdotii Christi duratio causa est, cur secundum munus suum Regium homines in sempiternum etiam reddere saluos possit.

§. VII. Postquam itaque probasse mihi videor, rationem, ob quam benedictio officii Christi Sacerdotalis pars constituitur tertia, non esse sufficientem: breuissimis adhuc dispiciendum, quorsum tamen illa pertineat, nunc erit. Nempe duobus ceteris muneribus esse apponendam, crediderim, quorum tamen partes propterea non augentur, id quod ex significatione benedictionis confirmari potest. Vel enim, vt supra monitum fuit, benedicere, quando Christo tribuitur, has duas ideas, bonorum acquisitorum annunciationem sive oblationem aequae ac donationem, coniunctim, vel eorum donationem solam denotat. Atque sicuti neutro sensu ad munus Christi Sacerdotale trahi potest, ita in iis S. S. locis, vbi vox praeognantior est et illos duos sub se simul comprehendit actus, v. c. Luc. XXIV. 50. etc. respectu alterius ad munus Propheticum, alterius vero simul ad Regium pertinet; in iis vero, vbi posteriorem solum i. e. solam significat salutis applicationem sive donationem, benedictio ad solum Regium est transferenda. Sic enim officium Christi Sacerdotale a reliquis est distinguendum, vt secundum illud non nisi id agat, quod opus est ad gratiam nobis acquirendam Deumque propitium nobis reddendum; deinde, vt secundum Propheticum gratiam nobis effectam annunciet et offerat; et tandem eandam secundum Regium nobis applicet atque donet. Quanam itaque ratione oblatio, applicatio atque donatio, quae voci benedictionis subest, adiicere quis-

B. 2

quam

## XII

quam poterit muneri Christi Sacerdotali a reliquis duobus distinguendo. Ii sane, qui id agunt, sub benedictiue actiones muneric Christi Prophetici et praeципue Regii ad munus trahunt Sacerdotale, atque eo ipso totam illam distinctionem logica omnino ratione confectam, ab omnibus Theologis et a se ipsis concessam negent, necesse est.

Sed diutius circa hoc argumentum haerere nolo. Cum enim hodie, **VIRI CLARISSIMI**, communis omnium amicorum vestrorum sit congratulatio, nostra quoque, cui ornamento estis, Societas Φιλοσυζητων id mihi negotii dedit, ut illius nomine **VOBIS** summos in Philosophia honores ex merito consecutis publice gratularer. Mirifice laetamur, **VOBIS** hodie eruditionis atque virtutis Vestræ dari praemia. Ab eo enim tempore, quo Societati nostræ interfueritis, non solum commentationes doctissime conscriptas nobis proposuistis, sed res etiam tum sacras tum profanas ab aliis propositas acerrima ingenii atque iudicij acie examinastis. Delectauit quoque nos animi Vestræ praesentia, verborum perspicuitas sermonisque elegantia. Quibus omnibus magnam, quam de solertia Vestræ conceperamus, opinionem tam egregie ad auxistis, ut vos hisce honoribus dignos semper duceremus eosque **VOBIS** ex animo optaremus. Quemadmodum autem non dubitamus, honorum primitias hodie **VOBIS** tributas incitamentum **VOBIS** fore ad diligentiam Vestrā strenue continuandam: Sic etiam maiora adhuc praemia expectanda **VOBIS** esse, certissime speramus, quae vt propediem consequamini, quam maxime in optatis nobis est.

\*\*\* \* \* \*

*Coll. diss. A. 231, muse. 1a*